

τος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἴδοιν | κηλῖδ' ἑμαντῶ ξυμφορᾶς ἀφι-
γμένην, et cum ἀναγνος coniuncto ib. 1384. τὸν ἐκ θεῶν |
φανέντ' ἀναγνον καὶ γένους τοῦ Λαῖου. | τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖ-
δα μηνύσας ἐμὴν | ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὄραν;

1148. ἀγὼν Heathius pro ἀγὼν οὗτος.

1192. ἀλλ' ἔασον editor Londinensis a. 1722. Legebatur
ἀλλ' αὐτόν, illato, ut saepe, glossemate, et omisso Sophoclis
verbo: cuius erroris exempla huic loco simillima duo attuli in
annotatione.

1209. σὺ δ' ὦν | σῶς ἴσθ'] σὺ δ' ὦν pro σὺ δὲ mihi, σῶς
pro σῶν Scaligero debetur.

1220. ὁ δ' Hermannus. οὐδ' L.

1230. φέρον ex apographis positum pro φέρων, quod est in
L. Praecedens παρῇ est aoristus verbi παρίημι, ut in loco
Platonis ab Nauckio allato Rep. 5. p. 460 e. ἐπειδὰν τὴν ὀξυ-
τάτην δρόμον ἀκμὴν παρῇ.

1231. τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω; τίς οὐ καμάτων ἐνι;]
De verbis manifesto vitiosis τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω tres
sunt scholiastarum annotationes, duae in quibus ἔξω, fortasse
librarii culpa, omissum est, τοῦτο ἰδίως ἐξήνεγκεν· βούλεται
δέ τι τοιοῦτο σημαίνειν, τίς ἂν πλαγχθείη τῶν πολλῶν μό-
χθων; et, τίς πλάγχθη τῶν μόχθων τῶν πολλῶν; tertia, τίς
ἔξω τοῦ πολύμοχθος εἶναι ἐπλανήθη; ἔξω si sine genitivo
posuisset Sophocles, grammatica ratio postularet ut ex praece-
dentibus verbis εὐτ' ἂν τὸ νέον παρῇ genitivus intelligeretur
τῆς νεότητος. Quod quum absurdum sit, sequitur Sophoclem
non πολύμοχθος scripsisse, quod fortasse ex glossemate τίς
οὐ πολύμοχθος ἐστὶ remansit, sed genitivum aliquem posuisse
nominis aerumnas vel molestias significantis, qualis est κα-
κότητος, vel, si exquisitius quid ei placuerit, δανότητος,
quod vocabulum, aerumnam vel simile quid significans, cum
μόχθων coniunxit Fragn. 338. versibus, ut hic, glyconeis, ἐν ἣ
παύσαιθ' ἀμερίων | μόχθων καὶ δανότητος. ubi si recte legi-
tur ἀμερίων, etiam ἄ et δανότητος Sophocles Dorice scripsisse
putandus erit, ut κακότητα, non κακότητα, dixit in versu gly-
coneo Oed. Col. 521. quo loco κακότης, ut passim, non morum
pravitatem, sed aerumnam vel mala significat, ut Electr. 236
καὶ τί μέτρον κακότητος ἔφην;